

M E D I A:

mensæ appropriasse. Cum autem Angli pedem in Hibernia fixissent, Hugo Laceius maximam ejus partem subjugauit, illique in feudum concessit Rex Henricus secundus, *Dominumque de Media* dixit, qui ab Hibernico dum *Dervvacha castrum* conderet ex improviso capite truncatus; ille duos filios suscepit Hugonem Comitem Ultoniæ, & Valterum Dominum de *Trim*, qui Gilbertum superstité patre defunctum genuit. Per Gilberti autem filias Margaretam & Matildem, altera pars per *Ienvillos* ex familia Lotharingica, & Mortuomarios in dominium Regium, Petrus enim de *Ienevill* ex illa Matilde natus Ioannā Rogerio de *Mortuomari* Comiti Marchie enuptam genuit: altera per *Verdonos* ad varias in Anglia familias est devoluta. Patriū memoria in duas partes publico ordinum conventu divisa fuit hæc regio, in Medium scilicet Orientalem, & Occidentalem. Orientalem *Boandus* flu. qui Ptolemæo *Buvinda* primum interfluit, & postea cum *Droghda* elegans & frequens opidum a ponte sic dictum alluerit, hanc partem ab Ultonia secludit. Occidentalis Media præter *Laberum* jam dictum, & *Delvin*, quæ olim Petrum *Meset*, nunc clarissimam Nogentornm ex Anglia familiam Baronis honore exornat, nihil memorandum habet. Gilbertus enim *Nogent* (ut haber Richardus Stanhurstius, qui de rebus Hibernicis diserte scripsit) vir census equestris ob operā bello Hibernico egregie navatā *Delvinia* & *Fouria* coloniis ab Hugone Laceio Mediæ expugnatorē donatus erat, è cuius stirpe Delvinę Barones enati sunt. Hibernicas gentes *O Malaghlen*, *Mac Coghlan*, *O Madden*, *Magoghigan*, quorum vel nomina barbarum quidam strepunt, libenter aliis relinquimus. In Media autem opida numerantur *Pontana*, quæ vulgariter *Drogha*. *Opidorū nomina*
 data nominatur, opidum lautissimum, portum habens navium stationi per appositum. Sunt tamen qui media-
 na. am hujus opidi partem, nimirum trans flumen, in Ultonia ponant. Insunt item in Media, *Molingaria*, *Fouria*,
Delvina, *Trimmia*, *Kellesia*, *Navania*, *Aboia*, *Dulekia* & *Scrinia*. Sunt & in hac provincia prope Foneram tres *Lacus*.
Lacus ab invicem non remoti, quorum quilibet *Piscium* suum genus continet: ad quem nunquā alii *Pisces* ac-
 cedunt, licet tamen fluminis interlabētis beneficio vias commeabiles habeant: quinimo si *Piscis* unius ad *Lacū*
 alterius deferatur; aut moritur aut ad priorem reddit. Fluvii hic sunt *Boandus* de quo supra, qui a velocitate no-
 minatus videtur: *Boan* enim tam Hibernico quam Britannico idiomate velocem denotat. *Trim* opidum
 est melioris notæ, & antiqua quasi Baronia Laceiorum. Est & *Sinus* flu. quem inter Medium & Connaciam in-
 terlabi diximus, hic Ptolemæo *Senus*, Orosio *Sena*, accolis vero *Schannin* dicitur, id est, *Flumen antiquum*. E
 Theine montibus in Ultonia effunditur, *Macolicum*, nunc, (ut Mercator noster observavit) *Malc* cuius memi-
 nit Ptolemæus, invisi, statimque ab altero spatio lacu excipitur (*Longh Regith* appellant), cuius nomen, & si-
 tus *Rigiam* urbem quam Ptolemæus eo loci statuit, non procul absisse quodammodo subinnuit, Vbi vero La-
 cum hunc prætervectus angustiori alveo intra ripas se colligit *Athlon* opidum insidet, sub quo flumen ponte &
 vivo saxo pulcherrimo magno seditionum terrori Dominus Henricus Sidneus laudatissimus Hiberniæ Pro-
 tex non ita pridem conjunxit. Inde vero *Senus* maximarum navium capax diducto alveo *Limericum* urbem,
 Hibernicis *Loumneagh*, Anglis *Limerike* amplectitur. Hinc per sexaginta plus minus milliaria *Senus* rectus,
 grandisque in Occasum properat, demumque in Oceanum Occidentalem vasto ostio ad *Knoc Patric*, id est, *Pa-*
tricicollis, evolvitur.